

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Curiositas as  
cum fonte primo

Non multum nocebit tibi ista transisse  
que nec licet scire nec prodest.

Quicquid enim nos meliores beatosque facturum est  
aut in aperto aut in proximo posuit.

Seneca ibidem (LXXXVII. epistola).

Licet nescias, quae ratio oceanum effundat ac reuocet,  
quare septimus quisque annus aetati signum inprimat,  
quare latitudo porticus  
ex remoto spectantibus non seruet portionem suam,  
sed ultima in angustius coeant et columnarum  
nouissime interualla iungantur, quid sit,  
quod geminorum conceptum separat, partum iungat,  
utrum unus concubitus spargatur  
in duos an totiens concepti sint,  
cur pariter natis fata diuersa sint  
maximisque rerum spatiis distent,  
quorum inter ortus minimum interest:  
non multum tibi nocebit transisse,  
quae nec licet scire nec prodest.

Inuoluta ueritas in alto latet.  
Nec de malignitate naturae queri possumus,  
quia nullius rei difficilis inuentio est,  
nisi cuius hic unus inuentae fructus est inuenisse;  
quidquid nos meliores beatosque facturum est,  
aut in aperto aut in proximo posuit.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 7.1.5-6 (F.  
Préchac ed., p.76).